

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Zandt, Jacob Friedrich Theodor]: Vindictam licitam vel illicitam dari posse
explanavit, 17 Jan 1778

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Vindictam licitam, vel illi-
 citam dari posse
 explanavit

Jac. Frid. Theod. Landt, Th. St.

d. 17. Jan. 1778.

3168 Tol

Exon. Diversa verborum potestas vel maxime in constituendis iusti, iniustae notionibus diligenter consideranda est. cuiusmodi illud quoque vindictae nomen; ubi prius quaeri debet, nostrae sit iniuria an alienae? privata, an publica? Ex lege fiat, an arbitrio? Ceteris missis ea iam hic loquor relinquatur vindicta, quam privatus quis, ab ipso iniuriam, arbitrio suo exercet.

Thema: Et illam quidem, prout intellecta erit, licitam vel illicitam Dari posse demonstrabitur.

P. I. In quantum licita habenda sit vindicta, primū dicendū est.

Licitam autem vindictam eam interpreto esse, qua constanti, et erecto, magnae animi nocentia, obtrectatorum consilia et malignitate nihil quidquam invidia concedentes, recte, bonique proposito perseverantissime retinendo, ac eorundem tela cauendo potius quam retortuendo, sicque illos et intacti pervicaciam vincimus, cum offenditium pudore et poenitentia. — Praeclarae huius virtutis intuenda sunt

- 1.) Partes: ita, ut iniuriam vindicat
 - a.) accipit illam, sed non adficitur.
 - b.) coarquit, sed non invehitur,
 - c.) contemnit, non persequitur.
- 2.) Cause: ad comparandum illam pertinet,
 - a.) firmitas animi, hanc praestat recti conscientia,
 - b.) magnitudo, ultra sutilium et maleuolorum hominum temeritatem et impetum, vanaque desideria assurgens.
 - c.) providentia, qua bruta scientia, et longo rerum usu paratur.

P. II. Quae sit dein prava vindicta videndum.

Prava vero vindicta est ferocis ob acceptam iniuriam emotique animi in noxam et perniciem tendens impetus, offensarumque, ut occasio et vires tulerint, anhelans retributio, cum dulcedine, atque ex infortunio alieno quadam titillatione. — Eiusque vindicta

1. Origo est, ab odio iraque, ipsi plerumque, quibus prolabitur, nocentissima.
2. Adiuncta fere eidem haec sunt, ut
 - a.) vel nimis praecipit, ira cunctia;
 - b.) vel iusto acerbior, immanitas;
 - c.) diuturna, ac prope implacabilis.
3. Finis eiusdem est, alienae salutis destructio, ideoque pugnat cum lege.

362.

Director Excellentissime,
Sodales Honoratissimi!

In nulla, vel in copiosissima lin- Exordium.
gua ad singulum sensum, singular
invenitis voces, ubique verba oc-
currunt, quae modo hoc, modo alio
modo explicari possunt. — Et quan-
tum in eo situm sit, ut diversas ver-
borum potestates rite disquiramus,
Facile quilibet perspiciat necesse
est, qui contentiones et lites imo exe-
crationes cogitat, quas saepe unicum
male intellectum excitavit verbum;
qui animo pensat, eos fortasse, quos
nunc seductorum et hereticorum
nomine infamare non dubitamus,
quorum effata et opiniones tanquam
pestiferas diris omnibus devouemus,

eos, si verum verborum suorum sen-
 sum intellexissemus, omnibus effere-
 remus laudibus, eorumque opinio-
 nem tanquam subtilissimam, maxi-
 moque ingenio dignam miraremur.
 Cum itaque certum habeamus, at-
 que exploratum, haud parum in vo-
 cum interpretatione confidere,
 nullus dubito, quin omnes in con-
 stituendis iusti iniustiae notionibus in-
 primis haec valere affirmant. Quo-
 modo enim quis legi satisfacere
 potest, quam non intelligit, Quis-
 pe nos auctores non solum ^{in iuris} affi-
 cimus, si verbis eorum sensum, ab
 ipsorum cogitationibus plane ali-
 enum affingimus, sed et erra-
 re, et in devia illabi possumus, si

verbis illorum obedimus, antequam
 rite sensum illorum cognouerimus.
 Eadem nunc quoque de vindicta va-
 lent, multiplex enim huius verbi
 potestas est; Possumus enim et
 iniuriam nobis illatam vindi-
 care, et illam, quae eos tangit, qui
 vinculo quodam arctiori nobiscum
 sunt iuncti, si damnum reipub-
 lice, vel patriae impositam ulcif-
 cimus. Vindictam sumere
 possumus vel ipsi, vel culpa
 ad superiores delata, magistra-
 tus. Ex lege ulcisci possumus,
 nec non arbitrio. — Ceteris
 missis eam iam hic loco intelligi
 volo vindictam, quam priuatus
 quis, ob iniuriam sibi illatam

Thema:

arbitrio suo exerceat.

Et illam quidem, prout intellecta
erit, licitam vel illicitam dari
posse demonstrare tentabo.

Ante omnia vero, quanquam
favorem vestrum, Auditores hono-
ratisissimi, in dubium nunquam
vocaverim, tamen, ob vires meas
tanta rei minime pares propensas
michi animos, benignamque appre-
coraurem. Conniuet erroribus,
qui, quanquam summo studio ab eis
cauere allaborauerim, tamen, for-
san irrepperunt.

Paro, I.

Primum igitur, in quantum lici-
ta habenda sit vindicta, dicendum
est.

Licitam autem vindictam
omnino eam interpretor esse,
qua constanter et erecto magno-
ve animo nocentia obrectatorum

confilia et malignos spiritus retun=
 dimus, atque despicimus, nulla vi=
 olentia, vel asperitate, nihil quid=
 quam inuidice concedentes, recti
 bonique propositum perseveran=
 tissime retinendo, et eorundem
 tela cauendo potius, quam retor=
 quendo. Sicque illasi et intacti
 pervicaciam vincimus, cum offen=
 dentium pudore ac poenitentia.
 Quocumque modo te gesseris, ma=
 lignas hominum voces haud facie=
 te evitaeris, Est enim plurimo=
 rum hominum nefanda lues,
 ut, nimia sui opinione efflati,
 quidquid ab aliis fieri animad ver=
 tunt, minus rectum censent. Hi
 vero plerumque ipsi omni virtute

destituti sunt, quam ob rem alios,
 quos gloria et dignitate prestare sibi
 vident, quoquomodo detrectare, illo-
 rumque egregie facta diminueri
 summis viribus nituntur. Quae
 vero omnia sapiens non curat,
 cum probe sciatur, invidiam vir-
 tute partam, gloriam non inui-
 diam esse habendam. Quam-
 cunque iniuriam constanti pra-
 sentique animo accipit, neque tamen
 adficitur, neque gravitate eius, si
 alius forsan illa fuerit oppressus,
 commovetur. Immobiles manet,
 atque inconcusus, ut scopulus, ex
 alto mari exurgens, cuius latera
 acuta aestuosos frangunt fluctus.

Coarguit quidem inimicum, convincit eum, se plane omnis culpa esse expertem, iniquius eum eo actum esse cum ipso; — Non vero in ipsum invehitur, quo quidem ipsum eo magis a se abalienaret, inque se exacerberet. Contentus potius est, si pudoris ac poenitentiae sensum in eo excitare ipsi contingerit. Si vero intelligit, omnem operam perditam in eo esse, atque laborem, contemnit eum, tamquam abiectum, indignum sibi putans irasui. Ad hanc vero virtutem comparandam primum refero firmitatem animi, qua parati su-

mus, omnes casus, atque calamitates, licet sint durisima, atque acerbissima aequitate quadam mentis audire atque tolerare, neque quavis parva calamitate frangitur animus noster, atque deprimitur. Hanc vero firmitatem praestat recti conscientia, haec iucundissima comes, bene actae vitae, idem ille internus iudex, factorum nostrorum atque monitor, qui sceleratum, flagitiosum, confusa poenarum metu angit, urit, cruciat. — Illa qui munitus est, nulliusque, nisi boni sibi conscius, innocentia tectus, omnia pericula, omnes iniustas criminatationes malevolorum hominum pellit. Dein

huc pertinet magnitudo, ultrafu-
 liliū et malevolorum hominum
 hominum temeritatem et impetum,
 vanaque desideria assurgens, quæ
 qui præditus est, gloria et aucto-
 ritate, ultra inimicorum tela sese
 extollit, ita, ut securus et quietus
 frivolas ipsorum artes adspicere
 possit, quibus eum ex edito suo loco
 detrudere conantur. Nullis
 minis a proposito suo depellitur,
 tam firmiter in illo perseverat, ut
 quercus, quæ altas egit radices,
 omnibus ventis et tempestatibus
 resistit; sed potius utinet

perseverantissime, quæ maxima-
 que, quæ fieri potest prudentia exe-
 quitur, quod animo intendit egre-
 gium facinus, non enim vitia
 et vana desiderat, cum caduca illa,
 et prætercuntia esse cognoscit.
 Denique multa scientia et longo
 rerum usu providendi futura
 facultatem acquisiuit; quæ mul-
 ta pericula et damna a se decli-
 nat, non enim in diem vivit,
 sed ubique scientiam suam auge-
 re, animumque suum immortalem
 perfectiorem reddere studet. Nec
 temere pericula adit, sed diligen-
 tissime omnes occasiones evitat,

quibus forsitan adverfarius ad calum-
niandum irritaretur. Criminan-
tium tela vita sua inculpabili
hebetat, propulfat, eludit. —

Pars II.

Ad partem secundam delabitur
nunc oratio mea, in qua, quid
tandem prava fit vindicta viden-
dum erit.

Prava vero vindicta est se-
rois, ob acceptam iniuriam emoti-
que animi in noxam ac perniciem
tendens impetus, offensusque,
ut occasio et vires tulerint, an-
helans retributio, cum dulcedine,
atque ex infortunio alieno qua-
dam titillatione.

Et hæc quidem vindicta originem
 ducit ab odio atque ira, foedif-
 simis affectibus, qui hominem
 ex alto cacumine suo infra be-
 stias detrudunt. Cum enim
 iratus nil cogitet atque agat, quam
 ut ab inimico primo quoque tem-
 pore vindictam sumat, cogitati-
 oni et rationi nullus plane lo-
 cus relinquitur. — Et irator in
 ardore suo et furore omni usu ra-
 tionis plane esse destitutus, vel
 ex eo perspicui potest, quod illi
 ipsi, si ad se redierint, et æquo
 animo rem expendant, se errasse
 profiteantur, factorumque su-

orum ipsos poeniteat, nec raro magno
 pretio emerent, si facta infecta
 fieri possent, quippe talis vindi-
 cta plerumque illi est nocentissima,
 qui illam exercuit. — Adiuncta
 enim fere eidem haec sunt esse so-
 lent, ut nimis proceps sit vin-
 dicta. — Saepe quis unico verbulo,
 vel exigua quadam offensa adeo ex-
 ardescit, ut statim ulcisci iniu-
 riam animo statuat, indignum
 enim putat sibi, tantum scelus
 impune abire pati, non cogitans,
 iracundiam magis, imo vel ma-
 xime eum dedecere. Saepe ani-

mus furore adeo emouetur, ut, dum
 ulcisci nobis animus est, vel maxi-
 ma committamus flagitia, facile fieri
 possit, ut nimirum iusto acerbius
 et immanius nos ulciscamur. Quis
 quaso inficias ibit, Horatium
 imane commissis se facinus, quod
 sororem, sponsi sui mortem, ab ipso
 victi, lugentem trans fixerit?
 et quam multa eius modi exem-
 pla historia nobis commemorat?
 Tum certe iracundia ad summum
 gradum pervenit, et iam vi-
 tiis funditus corruptam in-
 dicat mentem, si sit diuturna

ac implacabilis. Quam enim au-
sterum et indecens est mortali,
qui experientia edoctus est, cuilibet
homini, facillimum esse errare,
immortalem servare velle iram? —

Huius denique vindictæ finis est
æque crudelis, ac licita vindicta
laudandus est. Hæc enim ad pro-
mouendam salutem hominum re-
spicit, illa autem ad plane contra-
rium tendit. Nil enim magis o-
pstat et cupit ira et furore cor-
reptus, quam ut alienam plane
posset destruere salutem, quantum

ipsi vires permiserint et occasio tu-
 lerit par pari referre, meritoque
 meritis compensare stat sententia.
 Hanc igitur cum lege non congru-
 ere posse, aequè adducor ut credam,
 quemquam in dubium esse voca-
 turum.